

23711, T 2 e, br 8°

20211 Vlezenby

V.
2.23711. 8° br
ch. 5.

ACADEMIA
JURIS CANONICI
SEU
QUÆSTIONES EX LIBRO
QUARTO DECRETALIUM
DEPROMPTÆ,
QUAS

In Archi-Ducali, & Academico So-
cietatis JESU Gymnasio Labacensi,
Anno M. DCCX. Mense Die
Publicè resolvendas suscepérunt
Rev. Eruditus, ac Perdoctus Dominus
MATTHÆUS KRAINZ, Styrus Riezensis,
ET

Eruditus, ac Perdoctus Dominus
ANDREAS BOGNER Carniolus
Flednicensis,
Sacrorum Canonum Auditores.

P R A E S I D E
Rev. P. ANDREA FRANZELL,
e Societate Jesu, AA.LL. & Philosophiae Docto-
re, SS. Canonum Professore Ordinario, & Su-
periorum Scholarum Praefecto.

Labaci, Typis, Joannis Georgij Mayr, Incl. Prov. Carn. Typogr.

DIVO
PHILIPPO
NERIO
Celeberrimæ Congregationis
Oratorij
INSTISTUTORI SANCTISSIMO
Castimoniâ & innocentia
ANGELO;
Ardentissimo in Deum amore
SERAPHINO;
Morum Ecclesiasticorum
Magistro in verbo, in opere exemplo;
Ordinis Sacerdotalis eximio
ornamento;
Divo Patrono suo tutelari.
HAS

*Ex quarto Decretalium libro de prom-
ptas positiones
Demississimo affectu consecrant
SS. Ordinum Candidati & clientes infimi*
Matthæus Krainz, &
Andreas Bogner.

C A S U S I.

Ex titulo I. De Sponsalibus, &c.

Petronilla cum Tito conscijs parentibus contrahit sponsalia de futuro, post tres menses adimplenda: atque ut contractus firmior esset, ab utroque sponso additum hoc pactum pœnale: ut quæcunque pars à sponsalibus resiliat, præter amissionem arrharum insuper ex proprio peculio alteri parti persolvat centum aureos in pœnam violati contractus. His constitutis, cum petronilla sponsum suum saepius in foro à Marina alia virgine salutari, vicissimque salutantem videret, tacta Zelotypiā à sponsalibus resilit: desuper apud judicem ecclesiasticum conventa, causâ cadit. At illa sententiam nil pensi habens sponsalia deserit, arrhas omnes restituit; interpellata autem de centum aureis in pœnam statutis, eosdem pendere constanter renuit, prætendens leges civiles inoppositum. In hoc casu

QUÆRITUR I. *An Petronilla resiliens ad pœnam persolvendam obligetur in foro externo?*

R^e. *Affirmative.*

QUÆRITUR II. *An ad banc pœnam persolvendam obligetur in foro etiam interno?*

R^e. *Affirmative.*

) (2 **QUÆ-**

QUÆRITUR III. *An hanc pœnam teneatur persolvere in foro interno, antequam ea à Titio exigatur? R. Negativè.*

CASUS II.

Ex titulo II. *De despōsatione impuberum.*

SEmpronius, ut Constantiæ sorori octenni de felici matrimonio prospiceret, eandem præsentem, absque speciali ejusdem sororis mandato, Turpilio nobili & opulento juveni per verba de futuro despōsat; acceptante promissionem & vicissim repromittente Turpilio, sorore vero ad hæc omnia tacente. Sponsalibus sic celebratis effluunt quatuor anni, Constantia assequitur annos pubertatis, nec tamen ad hujus initium sponsalia revocat: unde eam completo anno ætatis decimo Sexto ad matrimonium de præsenti contrahendum urget Turpilius; illa renuit, prætendens se nulla cum illo contraxisse sponsalia. In dato casu.

QUÆRITUR I. *An Constantia post sic contracta, & non revocata sponsalia possit in foro externo compelli ad matrimonium cum Turpilio contrahendum? R. Negativè.*

QUÆRITUR II. *An saltem in foro interno Constantia obligetur ad contractum exeundum?*

R. Pariter Negativè, & quidem, licet internè consenserit.

QUÆRITUR III. An in despōsatione, quæ fit per parentes vel consanguineos, taciturnitas sponsæ ad res gestas semper arguat ejusdem consensum?

R. Negative.

CASUS. III.

Ex titulo IV. de Clandestina despōsatione.

In loco quodam, ubi Concilium Tridentinum receptum, & in praxim deductum est, Cagus cum Berthâ, quam parentes monasterio, non matrimonio destinabant, clam contrahit matrimonium, quantum ex illis est, de praesenti, cum expressa voluntate contractum hunc inter se conclusum proximo quoque opportuno tempore suo ordinario Parocho insinuandi. Verum parentibus Bertham arctè custodientibus, nec ad ullum cum Cajo alloquium admittentibus, iste Bertham sibi tradi postulat, si non valido matrimonio junctam, saltem vi Clandestini matrimonij vim sponsalium obtinente sibi obligatam. In hoc casu

QUÆRITUR I. An matrimonium Clandestinum fuerit aliquando in Ecclesia licitum?

R. Negative.

QUÆRITUR II. *An saltem nunc sit validum?*

R^e. In loco per casum expresso non esse validum.

QUÆRITUR III. *An saltem validum sit virtute propositi, contractum sic conclusum Parocho insinuandi?* *R^e. Negativè.*

QUÆRITUR IV. *An matrimonium clandestinum saltem obtineat vim validorum sponsalium?* *R^e. Negativè.* *Ex quo si*

QUÆRATUR V. *An Bertha in dato casu obligetur cum Cajo contrahere coram Parocho?* *R^e. Negativè.*

CASUS IV.

Ex titulo septimo de eo, qui duxit in matrimonio, quam, &c.

Tiberius cum Octavia Leandri actuali legitima conjugé sub promissione conjugij in futurum contrahendi sæpius adulterium consummat. Verum cum Leander jam ætate proiectior diutiis viveret, quam optabant adulteri, isti conspirant in accelerandam illius necem. Tūtior id exequendi modus ijs visus est, si eundem jam aliunde pedibus ægrum per gradus domus descendente impresso impetu præcipitarent. Dictum, factum: Leandrum per gradus descendere parantem Tiberius ipse simulatè cadens sui corporis impetu ex primo gradu

gradu deturbat usque ad immum. Leander
læso per casum capite, & luxato femore vix spi-
rans levatur, peritiā medici curatur, & post
tres à lapsu menses tandem moritur. Vix au-
tem exspiraverat Leander, cūm Tiberius &
Octavia promissionem futuri conjugij inter ad-
ulteria factam sibi mutuō remittunt, & tan-
quam immunes ab impedimento criminis ma-
trimonium contrahunt:

QUÆRITUR I. *An ob mortem Leandri sic eve-
nientis Tiberius & Octavia incurrerint impe-
dimentum criminis?* R. Negativè.

QUÆRITUR II. *An hoc impedimentum sal-
tem incurrerint ob adulterium cum promissione
futuri matrimonij conjunctū?* R. Affirmativè.

QUÆRITUR III. *An validè saltem contraxe-
rint eò, quòd promissionem vivente Leandro fa-
ctam post ejus mortem resciderint?* R. Negat.

CASUS V.

*Ex titulo decimo sexto, de matrimonio
contraictio contra interdictum, &c.*

CHolerinus post contracta ante dimidiū an-
ni sponsalia, longāmque conversationem
absolutè contrahit matrimonium cum Bibiana,
quam quidem primo bimestri spatio, & ante
matrimonij consummationem admodum pro-
bam

bam, sedulam & obsequentem experitur. At non diu se tenuit felix hæc conjugij facies; nam matrimonio consummato Bibiana ex proba in dyscolam, ex industria in prodigam, ex sobria in temulentam, ex obsequente in refractariam & rebellem mutata est. Unde Cholerinus auctorum pœnitudine ductus, & uxoria vitia pertæsus, in foro Ecclesiastico rogat, vel declarari sui matrimonij cum tam pernitoso errore contrati nullitatem, vel saltem procurari pontificiam dispensationem ad sui matrimonij in ratione vinculi dissolutionem.

QUÆRITUR I. An præsens matrimonium inter Cholerinum & Bibianam sit validum? **R. Affirm.**

QUÆRITUR II. An error circa qualitatem viet contractum matrimonij de præsenti? **R. Negativè.** Excipe: nisi qualitas in expressam conditionem trahatur: vel nisi ex errore qualitatis redundet error circa substantiam.

QUÆRITUR III. An Matrimonium validum semel & consumatum possit in ratione vinculi dissolvi auctoritate sedis Apostolice? **R. Negat.**

QUÆRITUR IV. Num saltē in ratione vinculi dissolvi possit matrimonii solum ratum? **R. Affirmativè:** & quidem non solum per conversionem alterutrius conjugis, sed etiam dispensatione pontifica ex causis alijs, gravibus tamen.